



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Qvaestio CIII. De præceptis cæremonialibus quantum ad eorum
durationem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

reuerentiam sacerdotum, quorum dignitas quodam modo ex tali coniugio diminui videretur: tum etiam propter filios, quibus esset ad ignominiam turpitudine matris: quod maxime tunc erat vitandum, quando sacerdotij dignitas secundum successorem generis conferebatur. Præceptum etiam erat eis, vt non raderent caput, nec barbam, nec in carnibus suis facerent incisuram, ad remouendum idolatriæ ritum. Nam sacerdotes Gentilium radebant caput & barbam. vnde dicitur Baruch. 6. Sacerdotes sedebant habentes tunicas scissas, & capita, & barbam rasam. Et etiam in cultu idolorum incidebant se cultris & lanceolis, vt dicitur 3. Regum 18. vnde cõtraria præcepta sunt sacerdotibus veteris legis. Spirituales autem esse horum est, quia sacerdotes omnino debent esse immunes ab operibus mortuis, quæ sunt opera peccati: & etiam non debent radere caput, id est, deponere sapientiam: neque deponere barbã, id est, sapientiæ perfectionem: neque etiam scindere vestimenta, aut incidere carnes, vt scilicet vitium schismatis non incurrant.

¶ Super Quæstionis centesima tertie Articulus primus.

IN articulo 1. q. 123. nota duo. Primum in responsione ad 3. q. sacerdotium ante legem nõ diuina, sed humana determinatione, dignitas erat primogeniti, vt hinc habeas quã sacrũ fuerit. Secundum in responsione ad quartum, quod author non dicit, quod nihil fuerit ante legem immundum iudicatum à Deo quantum ad esum: sed dicit q. non fuit distinctio animalium immundorum à mĩdis tũc à Deo: hoc enim est verum. Primum autem falsum: quia ad Noe dictum est Genes. 9. Quasi olera virentia tradidi vobis omnia, excepto, quod carnem cum sanguine non comedetis, & cœpit hæc obseruantia ante legem, sicut circũcisio.

Hebr. 7.

* q. 103. articulus 3.

QVAESTIO CIII.

De duratione præceptorum caeremonialium, in quatuor articulos diuisa.

IN DE considerandum est de duratione caeremonialium præceptorum.

Et circa hoc quærentur quatuor.

¶ Primo, Vtrum præcepta caeremonialia fuerint ante legem.

¶ Secundo, Vtrum in lege aliquam virtutem habuerint iustificandi.

¶ Tertio, Vtrum cessauerint Christo veniente.

¶ Quarto, Vtrum sit peccatum mortale obseruare ea post Christum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum caeremonia legis fuerint ante legem.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod caeremoniæ legis fuerint ante legem. Sacrificia enim & holocausta pertinent ad caeremonias veteris legis, vt supra dictum est: sed sacrificia & holocausta fuerunt ante legem, dicitur enim Genes. 4. quod Cain obtulit de fructibus terræ munera Domino: Abel autem obtulit de primogenitis gregis sui, & de adipibus eorum. Noe etiam obtulit holocausta Domino, vt dicitur Gene. 8. & Abraham similiter, vt dicitur Genes. 22. ergo caeremoniæ veteris legis fuerunt ante legem.

¶ 2. Præter. Ad caeremonias Sacramentorum pertinet constructio altaris & eius inunctio: sed ista fuerunt ante legem, legitur enim Genes. 13. q. Abraham ædificauit altare Dño. & de Iacob dicitur Genes. 28. quod tulit lapidem & erexit in titulum, fundens oleum desuper. ergo caeremoniæ legales fuerunt ante legem.

¶ 3. Præter. Inter Sacramenta legalia, primum dicitur fuisse circuncisio: sed circuncisio fuit ante legem, vt patet Gene. 17. similiter etiam sacerdotium fuit ante

legem. dicitur enim Genes. 14. quod Melchisedech erat sacerdos Dei summi. ergo caeremoniæ sacerdotum fuerunt ante legem.

¶ 4. Præter. Discretio mundorum animalium ab imundis pertinet ad caeremonias obseruariam, vt supra dictum est: sed talis distinctio fuit ante legem, dicitur enim Gen. 7. Ex omnibus mĩdis animalibus tollentur na & septena: de animalibus verò immundis duo, ergo caeremoniæ legales fuerunt ante legem.

SED CONTRA est, quod dicitur Deut. 6. Hæc sunt verba quæ mandauit Dominus noster, vt docerem vos: non autem indignum foret per his doceri, si prius prædictæ caeremoniæ fuerint, ergo caeremoniæ legis non fuerunt ante legem.

RESPON. Dicendum quod sicut ex dictis patet, caeremoniæ legis ad duo ordinabatur, scilicet ad cultum Dei, & ad figurandum Christum. Quicumque colit Deum, oportet quod per aliqua determinata colat, quæ ad exteriorem cultum pertinent. Determinatio autem diuini cultus pertinet ad caeremonias, etiam determinatio eorum, per quæ ordinatur ad Christum, pertinet ad præcepta iudicialia, vt supra dictum est. & ideo sicut inter homines communiter aliqua iudicialia, non tñ ex autoritate legis instituta, sed ratione hominum ordinata: ita etiam quedam caeremonia, nõ quidem ex autoritate cuius legis determinata, sed solum sũ voluntate deuotionem hominum Deum colentium. Sed quæ ante legem fuerint quidam viri præcipui prout spiritui pollentes, credendum est, quod ex institutione quasi ex quadam priuata lege, induceretur ad certum modum colendi Deum, qui & comites esset interiori cultui, & etiam congrueret ad cultum Christi mysteria, quæ figurabantur alia eorum gesta, sũ illud 1. ad Cor. 10. Omnia figuram contingebat illis. Fuerunt igitur ante legem quedam caeremoniæ, non tamen caeremoniæ quia non erant per aliquam legislationem institutæ.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod huiusmodi oblationes & sacrificia, & holocausta offerebantur antequam legem ex quadam deuotione proprie voluntatis eis videbatur conueniens, vt in rebus quas à Deo ceperat, quas in reuerentiã diuinã offerrent, præterea se colere Deũ, qui est omnium principium.

AD SECUNDUM dicendum, quod etiam facta instituerunt: quia videbatur eis conueniens in reuerentiam diuinam essent aliqua loca distincta diuino cultui mancipata.

AD TERTIUM dicendum, quod sacramentum circuncisionis præcepto diuino fuit statutum ante legem, nõ potest dici sacramentum legis quasi in lege institutum, sed solum quasi in lege obseruatum. Et hoc quod Dñs dicit 10. 7. Circuncisio nõ ex Moyse sed ex patribus eius. Sacerdotium etiam erat ante legem apud colentes Deũ sũ humanam determinationem, qui hanc dignitatem primogenitis attribuebant.

AD QUARTUM dicendum, quod distinctio mundorum animalium, & immundorum non fuit ante legem, quæ ad esum, cum dictum sit Gene. 9. Omne quod uiuit, erit vobis in cibo, sed solum quantum ad inferiorum oblationem: quia de quibusdam determinatis animalibus sacrificia offerebant. Si tñ quantum ad esum erat aliqua animalium discretio, hoc non erat quod illorum reputaretur illicitus, cũ nulla lege edictum esset, sed propter abominationem, vel consuetudinem, & nunc videmus, quod aliqua cibaria sunt immunda & terribilia, quæ in alijs comeduntur.

ARTICVLVS II.

Utrum ceremonia ueteris legis habebat uirtutem iustificandi tempore legis.

AD SECVNDVM sic proceditur. Videtur, quod ceremonia ueteris legis habebat uirtutem iustificandi tempore legis. Expiatio enim a peccato, & consecratio hominis, ad iustificationem pertinet.

In arti. eiusdem q. difficultas de continentia gratiae in sacramentis noue legis relinquatur di sciendi interius in tertia parte, ubi de sacramentis tractabimur, & de circumsione.

¶ 1. Præterea per quod homo placet Deo, ad iustitiam pertinet, secundum illud Psal. 10. Iustus Dominus, & iustitias dilexit: sed per ceremonias aliqui Deo placebant, secundum illud Leui. 10. Quomodo potui placere Domino in ceremoniis mente lugubri? ergo ceremonia ueteris legis habebat uirtutem iustificandi.

¶ 2. Præterea, ea quæ sunt diuini cultus, magis pertinent ad animam quam ad corpus, secundum illud Psalm. 18. Lex Domini immaculata, conuertens añas: sed per ceremonias ueteris legis mundabatur leprosus, ut dicitur Leu. 14. ergo multo magis ceremonia ueteris legis poterant mundare animam iustificando.

SED CONTRA est, quod Apostolus dicit Gala. 2. Si data esset lex que posset iustificare, Christus gratis mortuus esset, id est, sine causa: sed hoc est inconueniens, ergo ceremonia ueteris legis non iustificabant.

RESPON. Dicendum, quod sicut supra dictum est, in ueteri lege duplex immunditia obseruabatur. Una quidem spiritalis, quæ est immunditia culpæ, alia uero corporalis, quæ tollebat idoneitatem ad cultum diuinum sicut leprosus dicebatur immundus, uel ille qui tangebatur aliquod morticinum: & sic immunditia nihil aliud erat, quam irregularitas quædam. Ab hac igitur immunditia ceremonia ueteris legis habebat uirtutem emundandi: quia huiusmodi ceremonia erant quædam remedia adhibita ex ordinatione legis ad tollendas prædictas immunditias ex statuto legis inductas, & ideo Apostolus dicit ad Heb. 9. quod sanguis hircorum & taurorum, & cinis uitulæ aspersus inquinatos sanctificat ad emundationem carnis. Et sicut ista immunditia, quæ per huiusmodi ceremonias emundabatur, erat magis carnis quam mentis, ita etiam ipsæ ceremoniæ, iustitiae carnis dicuntur ab ipso Apostolo parum supra. Iustitias, inquit, carnis usque ad tempus correctionis impositis. Ab immunditia uero mentis, quæ est

A mitas prouenit eo quod sunt egenæ, id est, eo quod non continent in se gratiam. Poterat autem mens fidelium tempore legis per fidem coniungi Christo incarnato & passio, & ira ex fide Christi iustificabantur, cuius fidei quædam protestatio erat homini careremariam obseruatio, inquam erant figura Christi: & ideo pro peccatis offerebantur sacrificia quædam in ueteri lege, non quia ipsa sacrificia a peccato emundarent, sed quia erant quædam protestationes fidei, quæ a peccato mundabant. & hoc est ipsa lex in uirtute ex modo loquendi. Dicitur enim Leu. 4. & 5. quod in oblatione hostiarum pro peccato orabit pro eo sacerdos, & dimittetur ei, quasi peccatum dimittat non ex uirtute sacrificiorum, sed ex fide & deuotione offerentium. Sciendum est tamen, quod hoc ipsum quod ueteris legis ceremoniæ a corporalibus immunditiis expiabant, erat in figura expiationis a peccatis quæ fit per Christum. Sic igitur patet, quod ceremonia in statu ueteris legis non habebat uirtutem iustificandi.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod illa sanctificatio sacerdotum, & filiorum eius & uestium ipsorum, uel quorumcumque aliorum per asperisionem sanguinis, nihil aliud erat, quam deputatio ad diuinum cultum, & remotio impedimentorum ad emundationem carnis: & Apostolus dicit in præfiguratione illius sanctificationis, quæ Iesus per suum sanguinem sanctificauit populum. Hæc ergo expiatio ad remotionem huiusmodi corporaliu immunditiarum referenda est, non ad remotionem culpæ: unum est Sanctuarium expiari dicitur, quod culpæ subiectum esse non poterat.

AD SECVNDVM dicendum, quod sacerdotes placebant Deo in ceremoniis propter obedientiam, & deuotionem, & fidem rei præfiguratæ, non autem propter ipsas res secundum se consideratas.

AD TERTIVM dicendum, quod ceremonia illa, quæ erant instituta in emundatione leprosi, non ordinabatur ad tollendam immunditiam infirmitatis lepræ, quod patet ex hoc, quod non adhibebantur huiusmodi ceremoniæ nisi iam emundato. Unde dicitur Leui. 14. quod sacerdos egressus de castris cum inuenerit lepram emundatam, præcipiet ei qui purificatur, ut offerat &c.

EX quo patet, quod sacerdos constituebatur iudex lepræ mundatæ, non autem emundatæ. Adhibebant autem huiusmodi ceremoniæ ad tollendam immunditiam irregularitatis. Dicunt tamen quod quicquid, si contineret sacerdotem errare in iudicando, miraculose leprosus mundabatur a Deo uirtute diuina, non autem uirtute sacrificiorum: sicut etiam miraculose mulieris adulteræ computrescebat femur bibitis aqis, in quibus sacerdos maledicta congesserat, ut habet Num. 5.

ARTICVLVS III.

Utrum ceremonia ueteris legis cessauerint in aduentu Christi.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod ceremonia ueteris legis non cessauerint in Christi aduentu. Dicitur enim Baruch. 5. Hic est liber mandatorum Dei, & lex quæ est in æternum; sed ad legem pertinebant legis ceremoniæ, ergo legis ceremoniæ in æternum duraturæ erant.

¶ 1. Præter Oblatio mundati leprosi ad legis ceremonias pertinebat: sed et in Euangelio præcipitur leproso emundatio, ut homini oblationes offerat. ergo ceremonia ueteris legis non cessauerunt Christo ueniēte.

¶ 2. Præter Manente causa, manet effectus, sed ceremonia ueteris legis habebat quasdam rationabiles causas, in quantum ordinabantur ad diuinum cultum.

Prima Secunda S. Thomæ. GG tum.

3. s. q. 96. ar. 4. ad 1. Et s. di. 44. q. 2. ar. 2. ad 3. Et 4. di. 1. q. 2. ar. 5. q. 1. & 2. Et. dist. 9. ar. 4. q. 1. co. & quod 2. ar. ti. 8. co. Et Rom. 14.

tum etiam prater hoc, q ordinabantur in figuram Christi ergo caeremonia ueteris legis cessare non debuerunt.

¶ 4. Præter Circuncisio erat instituta in signum fidei Abrahæ, obseruatio autem sabbathi ad recolendum beneficium creationis, & aliæ solemnitates legis ad recolendum alia beneficia Dei, ut supra dictum est.

¶ 4. præc. ar. 4. ad 10.

* sed fides Abrahæ est semper imitanda etiam a nobis, & beneficium creationis: & alia Dei beneficia semper sunt recolenda, ergo ad minus circuncisio & solemnitates legis cessare non debuerunt.

SED CONTRA est, quod Apost. dicit ad Col. 2. Ne mo uos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomenia, aut sabbathorum, quæ sunt umbra futurorum, & ad Heb. 8. dicitur, quod dicendo nouum testamentum, ueteraui prius: quod autem antiquatur & senescit, prope interitum est.

RESPON. Dicendum, quod omnia præcepta caeremonialia ueteris legis ad cultum Dei sunt ordinata, ut supra dictum est. * Exterior autem cultus proportionari debet interiori cultui, qui consistit in fide, spe, & charitate, unde secundum diuersitatem interioris cultus debuit diuersificari exterior cultus. Potest autem triplex status distinguui interioris cultus.

¶ 10. ar. 5. & 2.

Vnus quidem, secundum quæ habetur fides, & spes & de bonis caelestibus, & de his per quæ in caelestia introducimur, de utrisque quidem sicut de quibusdam futuris, & talis fuit status fidei, & spei in ueteri lege. Alius autem est status interioris cultus, in quo hñ fides & spes de caelestibus bonis, sicut de quibusdam futuris, scilicet de his per quæ introducimur in caelestia, sicut de presentibus, uel præteritis, & iste est status nouæ legis. Tertius autem status est, in quo utraque habentur ut presentia, & nihil creditur ut absens, neque speratur ut futurum, & iste est status beatorum. In illo ergo statu beatorum nihil erit figurale ad diuinum cultum pertinens, sed solum gratiarum actio, & uox laudis & ideo dicitur Apoc. 21. de ciuitate beatorum. Templum non uidit in ea, Dominus, n. Deus omnipotens templum illius est, & Agnus. Pari igitur ratione caeremonia primi status, per quas figurabatur & secundus, & tertius ueniente secundo statu cessare debuerunt, & aliæ caeremonie induci, quæ conuenirent statui cultus diuini pro tempore illo, in quo bona caelestia sunt futura, beneficia autem Dei, per quæ ad caelestia introducimur, sunt presentia.

AD PRIMVM ergo dicendum, q lex uetus dicitur esse in æternum, secundum moralia quidem simpliciter & absolute, secundum caeremonialia uero, quantum ad ueritatem per ea figuratam.

AD SECUNDVM dicendum, q mysterium redemptionis humani generis completum fuit in passione Christi, unde tunc Dominus dixit: Consummatum est, ut habetur Ioan. 19. & ideo tunc totaliter debuerunt cessare legalia, quasi iam ueritate eorum consummata, in cuius signum in passione Christi uelut templi legitur esse scissum, Matth. 27. & id ante passionem Christi Christo prædicante, & miracula faciente, curr ebant simul Lex & Euangelium, quia iam mysterium Christi erat inchoatum, sed nondum consummatum. & propter hoc mandauit Christus Dominus ante passionem leproso, ut legales caeremonias obseruaret.

AD TERTIVM Dicendum, q rones literales caeremoniarum supra assignata referuntur ad diuinum cultum, q qdem cultus erat in fide uenturi: & id iam ueniente eo qui uenturus erat, & cultus ille cessat, & omnes rationes ad hunc cultum ordinatae.

AD IIII. Dicendū, q fides Abrahæ fuit commē-

data in hoc, quod credidit diuinae promissioni futuro semine, in quo benedicerentur omnes: & ideo quandiu hoc erat futurum, oportet testari fidem Abrahæ in circuncisioe, sed iam hoc est perfectum, oportet idem alio testari. s. baptismo, qui in hoc circuncisioe secundum illud Apost. ad Col. 2. Circuncisioe circuncisioe non manufacta in expolatione carnis, sed in circuncisioe dñi nostri Iesu Christi, qui in baptismo. Sabbathum aut, quod significabat primam creationem, mutatur in minimum, in quo commemoratur noua creatio choata in resurrectione Christi. Et similiter alia caeremonias ueteris legis nouæ solemnitates sunt, quia beneficia illi populo exhibita significauerunt nobis concessa per Christum. Vnde festo Pentecostes, in quo fuit data lex uetus, succedit Pentecostes, in quo fuit data lex spūs uiræ. Pentecostes, in quo fuit data lex spūs uiræ. Pentecostes, in quo fuit data lex spūs uiræ. Pentecostes, in quo fuit data lex spūs uiræ.

¶ 1. Præter Circuncisio erat instituta in signum fidei Abrahæ, obseruatio autem sabbathi ad recolendum beneficium creationis, & aliæ solemnitates legis ad recolendum alia beneficia Dei, ut supra dictum est.

¶ 4. præc. ar. 4. ad 10.

* sed fides Abrahæ est semper imitanda etiam a nobis, & beneficium creationis: & alia Dei beneficia semper sunt recolenda, ergo ad minus circuncisio & solemnitates legis cessare non debuerunt.

SED CONTRA est, quod Apost. dicit ad Col. 2. Ne mo uos iudicet in cibo, aut in potu, aut in parte diei festi, aut neomenia, aut sabbathorum, quæ sunt umbra futurorum, & ad Heb. 8. dicitur, quod dicendo nouum testamentum, ueteraui prius: quod autem antiquatur & senescit, prope interitum est.

RESPON. Dicendum, quod omnia præcepta caeremonialia ueteris legis ad cultum Dei sunt ordinata, ut supra dictum est. * Exterior autem cultus proportionari debet interiori cultui, qui consistit in fide, spe, & charitate, unde secundum diuersitatem interioris cultus debuit diuersificari exterior cultus. Potest autem triplex status distinguui interioris cultus.

¶ 10. ar. 5. & 2.

Vnus quidem, secundum quæ habetur fides, & spes & de bonis caelestibus, & de his per quæ in caelestia introducimur, de utrisque quidem sicut de quibusdam futuris, & talis fuit status fidei, & spei in ueteri lege. Alius autem est status interioris cultus, in quo hñ fides & spes de caelestibus bonis, sicut de quibusdam futuris, scilicet de his per quæ introducimur in caelestia, sicut de presentibus, uel præteritis, & iste est status nouæ legis. Tertius autem status est, in quo utraque habentur ut presentia, & nihil creditur ut absens, neque speratur ut futurum, & iste est status beatorum. In illo ergo statu beatorum nihil erit figurale ad diuinum cultum pertinens, sed solum gratiarum actio, & uox laudis & ideo dicitur Apoc. 21. de ciuitate beatorum. Templum non uidit in ea, Dominus, n. Deus omnipotens templum illius est, & Agnus. Pari igitur ratione caeremonia primi status, per quas figurabatur & secundus, & tertius ueniente secundo statu cessare debuerunt, & aliæ caeremonie induci, quæ conuenirent statui cultus diuini pro tempore illo, in quo bona caelestia sunt futura, beneficia autem Dei, per quæ ad caelestia introducimur, sunt presentia.

AD PRIMVM ergo dicendum, q lex uetus dicitur esse in æternum, secundum moralia quidem simpliciter & absolute, secundum caeremonialia uero, quantum ad ueritatem per ea figuratam.

AD SECUNDVM dicendum, q mysterium redemptionis humani generis completum fuit in passione Christi, unde tunc Dominus dixit: Consummatum est, ut habetur Ioan. 19. & ideo tunc totaliter debuerunt cessare legalia, quasi iam ueritate eorum consummata, in cuius signum in passione Christi uelut templi legitur esse scissum, Matth. 27. & id ante passionem Christi Christo prædicante, & miracula faciente, curr ebant simul Lex & Euangelium, quia iam mysterium Christi erat inchoatum, sed nondum consummatum. & propter hoc mandauit Christus Dominus ante passionem leproso, ut legales caeremonias obseruaret.

AD TERTIVM Dicendum, q rones literales caeremoniarum supra assignata referuntur ad diuinum cultum, q qdem cultus erat in fide uenturi: & id iam ueniente eo qui uenturus erat, & cultus ille cessat, & omnes rationes ad hunc cultum ordinatae.

AD IIII. Dicendū, q fides Abrahæ fuit commē-

ARTICVLVS IIII.

Virum post passionem Christi legalia possint seruari sine peccato mortali.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod post passionem Christi legalia possint sine peccato mortali obseruari. Non est enim credendum, quod Apostoli post acceptum Spiritum sanctum mortaliter peccauerint. eius enim plenitudine sunt induti uirtute ex alto, ut dicitur Luca ultimo: sed Apostoli post aduentum Spiritus sancti legalia obseruauerunt. dicitur enim Act. 16. quod Paulus circuncidit Timotheum. & Actuum 21. dicitur, quod Paulus secundum consilium Iacobi, assumptis uiris purificatus cum eis intrauit in templum annuntians expletionem diei purificationis, donec offerretur pro unoquoque eorum oblatio: ergo sine peccato mortali possunt post Christi passionem legalia obseruari.

¶ 2. Præter Virare consortia Gentilium ad caeremonias legis pertinet: sed hoc obseruauit primus Pastor Ecclesie, dicitur enim ad Gala. 2. quod cum uenisset quidam Antiochiam, subtrahebat & segregabat se Petrus a Gētilibus, ergo absque peccato post passionem Christi legis caeremonia obseruari possunt. ¶ 3. Præcepta Apostolorum non induxerunt homines ad peccatum: sed ex decreto Apostolorum statutum fuit, quod Gētilis quædam de caeremoniis legis obseruarent. dicitur enim Act. 15. Visum

in prohibitiōe sanguinis intelligatur prohibitio homicidij, in prohibitionē suffocati intelligatur prohibitio uolentiæ & rapine, in prohibitionē immolatorum intelligatur prohibitio idolatriæ: fornicatio autem prohibetur tanquam per se malum, & hanc opinionem accipiunt ex quibusdam glossis, quæ huiusmodi præcepta mystice exponunt. Sed quia homicidium & rapina etiam apud Gentiles reputabantur illicita, non oportuisset super hoc speciale mādātum dari his, qui erant ex gentilitate conuersi ad Christum. Vñ alij dicunt, quod ad literam illa comestibilia fuerunt prohibita, non propter obseruantiam legalium, sed propter gulam comprimendam. Vnde dicit Hieron. super illud Ezech. 44. Omne morticinum &c. Condemnat sacerdotes, qui in cibis, & careris huiusmodi, hæc cupiditate gulæ nō custodiūt. Sed quia sunt quædam cibaria magis delicata ad gulam prouocantia, non uidetur ratio quare fuerunt hæc magis quàm alia prohibita. Et ideo dicendum secundum tertiam opinionem, quod ad literam ista sunt prohibita non ad obseruandum caeremonias legis, sed ad hoc, q̄ posset coalescere unio Gentiliū Iudæorum insimul habitantium. Iudæis. n. propter antiquam cōsuetudinem, sanguis & suffocatum erāt abominabilia. Comestio autē immolatorum simulacris poterat in Iudæis aggenerare circa Gentiles suspicionem reditus ad idolatriam: & ideo ista fuerūt prohibita pro tempore illo, in quo de nouo oportebat conuenire in unū Gentiles & Iudæos. Procedēte autem tpe, cessante causa cessat effectus, manifestata Euangelicæ doctrinæ ueritate, in qua Dñs docet, q̄ nihil quod per os intrat, coinquinat hominem, ut dicit Marth. 15. Et q̄ nihil est reiiciendum, quod cū gratiarum actione percipitur, ut 1. ad Tim. 4. dicitur. Fornicatio autem prohibetur specialiter, quia Gentiles nouo reputabant eam esse peccatum.

¶ Super quæst. centesimam quartam.

IN quo 4. nihil scribendum occurrit, nisi q̄ duo specialiter aduertat. Primum est quare omnia illius populi erant figuralia. Assignatur naque in 2. ar. ad secundum pro causa, quia Christus ex populo illo erat nasciturus, id est, quia status illius populi erat, p̄pter Christum uenturum ex eo, consequens est ut uerbis & factis prænuntiaretur Christus, & pertinentia ad ipsū: & hoc ex diuina institutione, cuius solius est facere, quod facta totius populi sint in figurā. Scdm̄ est, quod differentia inter caeremonialia, & iudicialia in figurando, non consistit in hoc, quod caeremonialia fiat p̄ se primo instituta ad figurādū, & iudicialia sint instituta ad figurādū per se secundo. hoc enim non dicitur in litera. Et si concederetur, non possent hodie a quocunq; præ-

Sup. q. 99. ar. 4. & locis ibi inducis.

QVAESTIO CIIII.

De præceptis iudicialibus in quatuor articulos diuisa.

CONSEQUENTER considerandum est de præceptis iudicialibus.

Et primò, considerādū est de ipsis in communi. Secundò, de rationibus eorum.

CIRCA primum quærentur quatuor.

¶ Primò, Quæ sunt iudicialia præcepta.

¶ Secundò, Vtrum sint figuralia.

¶ Tertio, De duratione eorum.

¶ Quarto, De distinctiōe eorum.

ARTICVLVS PRIMVS.

Vtrum ratio præceptorum iudicialium consistat in hoc, quod sunt ordinantia ad proximum.

AD PRIMUM sic proceditur. Videtur, quod ratio præceptorum iudicialium non consistat in hoc, quod sunt ordinantia ad proximum. Iudicialia enim præcepta a iudicio dicuntur: sed multa sunt alia, quibus homo ad pro-

ximum ordinatur, quæ non pertinent ad ordinationem iudicialium. non ergo præcepta iudicialia dicuntur, quibus homo ordinatur ad proximum.

¶ 2. Præcepta iudicialia a moralibus distinguuntur, ut supra dictū est, sed multa præcepta moralia sunt, quibus homo ordinatur ad proximum, sicut patet in septem præceptis secundæ tabulæ. non ergo præcepta iudicialia dicuntur ex hoc, quod ad proximum ordinant.

¶ 3. Præcepta iudicialia ad Deū, ita se habent iudicialia præcepta ad proximum, ut supra dictum, sed inter præcepta caeremonialia sunt quædam quæ pertinent ad seipsum, sicut obseruantia ciborum & uestimentorum, de quibus supra dictum est. ergo præcepta iudicialia nō ex hoc dicuntur, quod ordinant hominem ad proximum.

SED CONTRA est, quod dicitur Ezechie. 18. inter cætera bona opera uiri iusti: Si iudicium uerum fecerit inter uirum, & uirum, sed iudicialia præcepta a iudicio dicuntur. ergo præcepta iudicialia uidentur pertinere ad ordinationem hominum ad proximum.

RESPON. Dicendum, q̄ sicut ex supra dicto, præceptorum cuiuscunq; legis quædam uim obligandi ex ipso dictamine naturalis ratio dicitur hoc esse debitum fieri, ut & huiusmodi præcepta dicuntur moralia, a ratione dicuntur mores humani. Alia uero præcepta sunt, quæ non habent uim obligandi ex dictamine rationis, quia. s. in se considerata non absolute rōnē debiti, uel indebiti, sed hēnt uim obligandi ex aliqua institutione diuina, uel humani sunt determinationes quedā moralium præceptorum. Si igitur determinētur moralia præcepta institutione diuinā in his, per quæ ordinatur Deum, tali a dicētur præcepta caeremonialia. Si uero his quæ pertinent ad ordinationem hominum uicem, tali a dicuntur præcepta iudicialia. In dicto ergo consistit ratio iudicialium præceptorum, in tantum ad ordinationem hominum ad proximum, ut non habeant uim obligandi ex sola ratione ex institutione.

AD PRIMUM ergo dicendum, quod iudicialia dicuntur officio aliquorum principum, qui habent testatem iudicandi. Ad principē autem pertinet solum ordinare de his quæ ueniunt in iudicio, etiam de uoluntarijs contradictibus, qui in iudicio sunt, & de omnibus pertinentibus ad populi unitatem & regimen. Vnde præcepta iudicialia non solum sunt illa, quæ pertinent ad literam, sed etiam quæcunq; pertinent ad ordinandam hominum adiuuicem, quæ subest ordinandæ principis tanquam supremi iudicis.

AD SECUNDUM dicendum, quod ratio illa de præceptis ordinantibus ad proximum, quæ uim obligandi ex solo dictamine rationis.

AD TERTIUM dicendum, q̄ et in his quæ ordinantur ad Deum, quædam sunt moralia, quæ ipsa informata dicitur, sicut Deum esse amandū.